

PRO QUAM 7. Si iniquitates nostræ responderint nobis : Domine fac propter nomen tuum, NEC ES quoniam multæ sunt aversiones nostræ, SIT. tibi peccavimus.

8. Expectatio Israël, salvator eius in tempore tribulationis : quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum?

9. Quare futurus es velut vir vagus, ut fortis qui non potest salvare ? tu autem in nobis es Dominus, & nomen tuum invocatum est super nos, ne derelinquas nos.

10. Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes suos, & non quievit, & Dominus non placuit : Nunc recordabitur iniquitatum eorum, & visitabit peccata eorum.

* Supr. 7. 11. Et dixit Dominus ad me : * Noli orare pro populo isto in bonum.

12. Cūm iejunaverint, non exaudiam preces eorum : & si obtulerint holocausta, & victimas, non suscipiam ea : quoniam gladio, & fame, & peste consumam eos.

13. Et dixi, A a a, Domine Deus: * Supr. 5. Prophetæ dicunt eis : * Non videbitis gladium, & famæ non erit in vobis, sed pacem veram dabit vobis in loco isto.

* Infr. 29. 14. Et dixit Dominus ad me : * Falsi prophetæ vaticinantur in nomine meo : non misi eos, & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos : visionem mendacem, & divinationem, & fraudulentiam, & seductionem cordis sui prophetant vobis.

15. Idcirco hæc dicit Dominus de prophetis, qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi, dicentes : Gladius, & famæ non erit in terra hac : In gladio & fame confundentur prophetæ illi.

16. Et populi, quibus prophetant, erunt proiecti in viis Ierusalem pra fame & gladio, & non erit qui sepeliat eos ; ipsi & uxores eorum, filii & filiæ eorum, & effundam super eos malum suum.

* Thr. 1. 17. Et dices ad eos verbum istud : * De- 16. & 2. ducant oculi mei lacrymam per noctem & diem, & non raseant : quoniam contritione magnâ contrita est virgo filia populi mei, plágâ pessimâ vehementer.

18. Si egressus füero ad agros, ecce occisi gladio : & si introero in civitatem, ecce attenuati fame. Propheta quoque & sacerdos abierunt in terram, quam ignorabant.

19. Numquid projiciens abiecisti Iudam, aut Sion abominata est anima tua ? quare ergo percussisti nos, ita ut nulla sit sanitas ? * expectavimus pacem, & non

est bonum : & tempus curationis, & ecce turbatio.

20. Cognovimus Domine impietas nostras, iniquitates patrum nostrorum, quia peccavimus tibi.

21. Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum, neque facias nobis contumeliam solij gloriæ tuae : recordare ne irritum facias foedus tuum nobiscum.

22. Numquid sunt in sculptilibus Gentium qui pluant ? aut cœli possunt dare imbræ ? nonne tu es Dominus Deus noster, quem expectavimus ? tu enim fecisti omnia hæc.

C A P U T X V.

Nec Moysi nec Samuelis precibus flectendum se dicit Dominus, quin populum Ierusalem tradat pesti, gladio, fami, & captivitati, quia castigatus non est emendatus : conqueritur propheta quod fuerit occasio discordie, rursumque quod annuntians verbum Dei passus sit opprobrium, cui Dominus promittit auxilium cum vastatione Iudeorum : promittit præterea & robur, & liberationem, ac misericordiam his qui ad ipsum se convertent.

1. E T dixit Dominus ad me : Si sterterit Moyse, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum : ejice illos à facie mea, & egrediantur.

2. Quod si dixerint ad te : Quod egrediemur ? Dices ad eos : Hæc dicit Dominus : * Qui ad mortem, ad mortem : & * Zeph. 11. qui ad gladium, ad gladium : & qui ad famem, ad famem : & qui ad captivitatem, ad captivitatem.

3. Et visitabo super eos quatuor species, dicit Dominus : Gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cœli & bestias terræ ad devorandum & dissipandum.

4. & dabo eos in fervorem universis regnis terræ : * propter Manassem filium * 4. Reg. Ezechiæ regis Iuda, super omnibus quæ fecit in Ierusalem.

5. Quis enim miserebitur tui Ierusalem ? aut quis contristabitur pro te ? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua ?

6. Tu reliquisti me, dicit Dominus, retrorsum abiisti : & extendam manum meam super te, & interficiam te : labravi rogas.

7. Et dispergam eos ventilabro in portis terra : interfeci & disperdi populum meum, & tamen à viis suis non sunt reversi.

8. Mul-

C A P U T X VI.

Prohibet Dominus ne Propheta uxorem ducat, denuncians Iudeos vario mortis genere interituros, ita ut mortui non sepeliantur nec plangantur à vivis propter idolatriam patrum ac filiorum, & derelictam legem Domini : sed postea per piscaiores ac venatores reducer eos Dominus in terram suam, in qua ipsi uniuersi cum Gentibus confitebuntur Domino peccata sua.

* 1. Reg. 2. 9. * Infirmata est quæ peperit septem, defecit anima eius : * occidit ei sol, cùm adhuc esset dies : confusa est, & erubuit : & residuo eius in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum, ait Dominus.

10. Væ mihi mater mea : quare genuisti me virum rixæ, virum discordiarum in universa terra ? non sceneravi, nec sceneravit mihi quisquam : omnes maledicunt mihi.

11. Dicit Dominus : Si non reliquæ tuæ in bonum, si non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis adversus inimicum.

12. Numquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone, & æs ?

13. Divitias tuas & thesauros tuos in direptionem dabo gratis in omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis.

14. Et adducam inimicos tuos de terra, quam nescis : quia ignis succensus est in furore meo, super vos ardebit.

15. Tu scis Domine, recordare mei, & visita me, & tuere me ab his, qui persequuntur me : noli in patientia tua sustinere me : scito quoniam sustinui propter opprobrium.

16. Inventi sunt sermones tui, & comedii eos, & factum est mihi verbum tuum in gaudium & in latitiam cordis mei : quoniam invocatum est nomen tuum super me Domine Deus exercitum.

* Psal. 1. 17. * Non sedi in concilio ludentium, 1. & 25. & gloriatus sum à facie manus tuae : solus sedebam, quoniam comminatione replesti me.

* Infr. 30. 18. * Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari ? facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium.

19. Propter hoc hæc dicit Dominus : Si convertēris, convertam te, & ante faciem meam stabis : & si separavérис pretiosum à vili, quasi os meum eris : convertentur ipsi ad te, & tu non convertēris ad eos.

20. Et dabo te populo huic in murum ærem, fortem : & bellabunt adversum te, & non prævalebunt : quia ego tecum sum ut salvem te, & eruam te, dicit Dominus.

21. Et liberabo te de manu pessimum, & redimam te de manu fortium.

C A P U T X VI.

Prohibet Dominus ne Propheta uxorem ducat, denuncians Iudeos vario mortis genere interituros, ita ut mortui non sepeliantur nec plangantur à vivis propter idolatriam patrum ac filiorum, & derelictam legem Domini : sed postea per piscaiores ac venatores reducer eos Dominus in terram suam, in qua ipsi uniuersi cum Gentibus confitebuntur Domino peccata sua.

1. E T factum est verbum Domini ad me, dicens :

2. Non accipies uxorem, & non erunt tibi filii, & filiæ in loco isto.

3. Quia hæc dicit Dominus super filios & filias, qui generantur in loco isto, & super matres eorum, quæ generunt eos : & super patres eorum, de quorum stirpe sunt nati in terra hac :

4. Mortibus ægrotationum morientur : non plangentur, & non sepelientur, in sterquilinium super faciem terræ erunt : & gladio, & fame consumentur : & erit cadaver eorum in elcam volatilibus cœli, & bestiis terræ.

5. Hæc enim dicit Dominus : Ne ingrediaris domum convivij, neque vadas ad plangendum, neque consolérис eos : quia abstuli pacem meam à populo isto, dicit Dominus, misericordiam & miserationes.

6. Et morientur grandes, & parvi in terra ista : non sepelientur neque plangentur, & non se incident, neque calvitum fit pro eis.

7. Et non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo : & non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo & matre.

8. Et domum convivij non ingrediaris, ut sedes cum eis, & comedas & bibas :

9. quia hæc dicit Dominus exercitum Deus Israël : Ecce ego auferam de loco isto in oculis vestris, & in diebus vestris vocem gaudij, & vocem latitiae, vocem sponsi, & vocem sponsæ.

10. Et cūm annunciareris populo huic omnia verba hæc, & dixerint tibi : * Supr. 5. Quare locutus est Dominus super nos omnes malum grande istud ? quæ iniquitas nostra ? & quod peccatum nostrum, quod peccavimus Domino Deo nostro ?

11. Dices ad eos : Quia dereliquerunt me patres vestri, ait Dominus : & abierunt post deos alienos, & servierunt eis, & adoraverunt eos : & me dereliquerunt, & legem meam non custodierunt.

Rrr 12. Sed

* Supr. 7.
26. 12. Sed & vos * peius operati estis,

quam patres vestri : ecce enim ambulat unusquisque post pravitatem cordis sui mali, ut me non audiat.

13. Et ejiciam vos de terra hac in terram, quam ignoratis vos, & patres vestri: & servietis ibi diis alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem.

14. Propterea ecce dies veniunt dicit Dominus, & non dicetur ultra : Vivit Dominus, qui eduxit filios Israël de Terra Ægypti,

15. sed, Vivit Dominus, qui eduxit filios Israël de Terra Aquilonis, & de universis terris, ad quas eiéci eos: & reducam eos in terram suam, quam dedi patribus eorum.

16. Ecce ego mittam pescatores multos dicit Dominus, & pescabuntur eos: & post hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cavernis petrarum.

17. Quia oculi mei super omnes vias eorum : non sunt absconditæ à facie mea, & non fuit occultata iniquitas eorum ab oculis meis.

18. Et reddam primùm duplices iniquitates, & peccata eorum : quia contaminaverunt terram meam in morticinis idolorum suorum, & abominationibus suis impleverunt hereditatem meam.

19. Domine fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis : ad te Gentes venient ab extremis terræ, & dicent : Verè mendacium possederunt patres nostri, vanitatem, quæ eis non profuit.

20. Numquid faciet sibi homo deos, & ipsi non sunt dii?

21. Idcirco ecce ego ostendam eis per vicem hanc, ostendam eis manum meam, & virtutem meam : & scient quia nomen mihi Dominus.

C A P U T X V I I .

Iudei in peccato obstinati, & ob id vastandi dicuntur : maledictus qui confidit in hominem, & benedictus qui in Deo confidit : solus Deus scrutatur corda, & cuique reddit iuxta viam suam : petit Propheta à Deo, in quo spem habuit, liberari, & inimicos confundi : precipit Deus de observando sabbato, ut omnia sint ipsi Ierusalem prospera, quæ alioqui igne consuinetur.

1. Eccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino,

exaratum super latitudinem cordis eorum, & in cornibus ararum eorum.

2. Cùm recordati fuerint filii eorum ararum suarum, & lucorum suorum, lignorumque frondentium in montibus excelsis,

3. sacrificantes in agro : fortitudinem tuam, & omnes thesauros tuos in direptionem dabo, excelsa tua propter peccata in universis finibus tuis.

4. Et relinquēris sola ab hereditate tua, quam dedi tibi : & servire te faciam iniucis tuis in terra, quam ignoras : quoniam ignem succendisti in furore meo, usque in æternum ardebit.

5. Hæc dicit Dominus : * Maledictus FER. 5.
homo, qui confidit in homine, & ponit POST
carnem brachium suum, & à Domino re- DOM. 2.
QUADR.
* Ioseph. 30.
2. & 31. 1.
Infr. 48. 7.
* Infr. 48. 6.

6. * Erit enim quasi myrræ in deserto, & non videbit cùm venerit bonum : sed habitabit in siccitate in deserto, in terra falsuginis, & inhabitabili.

7. Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius.

8. * Et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas : & non timebit cùm venerit aestus. Et erit folium eius viride, & in tempore siccitatis non erit solidum, nec aliquando definet facere fructum.

9. Pravum est cor omnium, & inscrutable : quis cognoscet illud?

10. Ego Dominus * scrutans cor, & * 1. Reg. probans renes : qui do unicuique iuxta 16. 7.
Psal. 7. 10.
Apocal. 2.
23.

viam suam, & iuxta fructum adiumentum suarum.

11. Perdix fovit quæ non péperit : fecit divitias, & non in iudicio : in dimidio dierum suorum derelinquet eas, & in novissimo suo erit insipiens.

12. Solium gloriae altitudinis à principio, locus sanctificationis nostræ:

13. Exspectatio Israël Domine : omnes, qui te derelinquent, confundentur : recedentes à te, in terra scribentur : quoniam dereliquerunt venam aquarum viventium Dominum:

14. Sana me Domine, & sanabor : salvum me fac, & salvus ero : quoniam laus mea tu es.

15. Ecce ipsi dicunt ad me : Ubi est verbum Domini ? veniat.

16. Et ego non sum turbatus, te pa- storem sequens : & diem hominis non desideravi, tu scis. Quod egressum est de

de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit.

17. Non sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis.

18. Confundantur qui me persequuntur, & non confundar ego : paveant illi, & non paveam ego : induc super eos diem afflictionis, & duplice contritione contere eos.

19. Hæc dicit Dominus ad me : Vade, & sta in porta filiorum populi, per quam ingrediuntur reges Iuda, & egrediuntur, & in cunctis portis Ierusalem:

20. & dices ad eos : Audite verbum Domini reges Iuda, & omnis Iuda, cuncti que habitatores Ierusalem, qui ingrediuntur per portas istas.

21. Hæc dicit Dominus : Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbati : nec inferatis per portas Ierusalem.

22. Et nolite ejicere onera de domibus vestris in die sabbati, & omne opus non facietis : sanctificate diem sabbati, sicut precepit patribus vestris.

23. Et non audierunt, nec inclinaverunt aurem suam : sed induraverunt cervicem suam ne audirent me, & ne acciperent disciplinam.

24. Et erit : Si audieritis me, dicit Dominus, ut non inferatis onera per portas civitatis huius in die sabbati : & si sanctificaveritis diem sabbati, ne faciatis in eo omne opus:

25. Ingredientur per portas civitatis huius reges & principes, sedentes super solium David, & ascendentis in curribus & equis, ipsi & principes eorum, viri Iuda, & habitatores Ierusalem : & habitabitur civitas hæc in sempiternum.

26. Et venient de civitatibus Iuda, & de circuïto Ierusalem, & de terra Benjamin, & de campestribus, & de montuosis, & ab Austro, portantes holocaustum, & victimam, & sacrificium, & thus, & inferent oblationem in domum Domini.

27. Si autem non audieritis me ut sanctificetis diem sabbati, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Ierusalem in die sabbati : succendam ignem in portis eius, & devorabit domos Ierusalem, & non extinguetur.

28. Si autem non audieritis me ut sanctificetis diem sabbati, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Ierusalem in die sabbati : succendam ignem in portis eius, & devorabit domos Ierusalem, & non extinguetur.

29. Ideo hæc dicit Dominus : Interrogate Gentes : Quis audivit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israël ?

30. Numquid deficit de petra agri nix Libani ? aut evelli possunt aquæ erumpentes frigidæ, & defluentes ?

31. Quia oblitus est mei populus meus,

1. **V**erbum, quod factum est ad Ieremiam à Domino, dicens:

2. Surge, & descend in domum figuli, & ibi audies verba mea.

3. Et descend in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus super rotam.

4. Et dissipatum est vas, quod ipse faciebat è luto manibus suis : conversusque fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis eius ut faceret.

5. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

6. * Numquid sicut figulus iste, non poterò vobis facere, domus Israël, ait 9. Dominus ? ecce sicut lutum in manu Rom. 9. 20. figuli, sic vos in manu mea, domus Israël.

7. Repente loquar adversum gentem & adversum regnum, * ut eradicerem, & destruam, & disperdam illud.

8. Si penitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum adversus eam : agam & ego penitentiam super malo, quod cogitavi ut facerem ei.

9. Et subito loquar de gente & de regno, ut adficerem & plantem illud.

10. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam : penitentiam agam super bono, quod locutus sum ut facerem ei.

11. Nunc ergo dic viro Iuda, & habitatoribus Ierusalem, dicens : Hæc dicit Dominus : Ecce ego fingo contra vos malum, & revertatur unusquisque à via sua mala, * 4. Reg.

17. 13.

Infr. 25. 5. & 35. 15.

Ione 3. 9.

& dirigite vias vestras & studia vestra.

12. Qui dixerunt : Desperavimus : post cogitationes enim nostras ibimus, & unusquisque pravitatem cordis sui mali faciemus.

13. Ideo hæc dicit Dominus : Interrogate Gentes : Quis audivit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israël ?

14. Numquid deficit de petra agri nix Libani ? aut evelli possunt aquæ erumpentes frigidæ, & defluentes ?

15. Quia oblitus est mei populus meus,

Rer. 2 fru-